



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

2. Legatorum piorum executioni sex menses dantur. limit. num. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

- 5. Magistratus, quomodo accipiatur in executione ultimarum voluntatum.
- 6. Tempus exequendi præscriptum, annale, vel semestre, an cedat executori impedito ex iusta causa.
- 7. Executor designatus à testatore, si nolit executionem suscipere, an cogi possit. limit. num. 8.
- 9. Tempus exequendi testatoris voluntatem, cedit à die sententiae & aditæ hæreditatis.

Illud t̄ conuenit inter omnes, annum præscribi regulariter ad executionem legatorum: quod tempus cedit à die monitionis, quam vel magistratus ciuilis vel ecclesiasticus fecerit. Auten. Hoc amplius. C. de fideicommiss.

Piorum t̄ verò legatorum executioni sex menses dantur, numerandi ab insinuatione testamenti. Nouell. de ecclesiast. tit. 5. si legatum.

Vtrunq; autem t̄ accipendum est. Primum, 3 ubi nullum tempus à testatore fuerit expressum. Nam illud omnino seruari oportet, ut supra probauimus. Deinde de his executionibus, que in faciendo consistunt, & tali tempore posse sunt expediri. Ceterum, si declarandi forte arbitrij ratio tractetur, puta, testator reliquit pauperibus, quos Sempronius esset electurus: tunc elapso anno episcopus non potest arbitra-

N 3 ri,

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

ri, teste Bartolo in l. cum quidam. ff. de leg. 2.
quem sequitur Panormitanus in c. nos quidem
de testa. Longa enim differentia est inter exe-
cutionem, & declarationem arbitrij: sicut &
inter iudicem pronuntiantem, & executorem
pronuntiati.

4 Secundum, si res, t cuius executioni mandata
est, extet in bonis testatoris, certe non debet ha-
res sine legitima causa differre ultimam vo-
luntatem. Nunquam enim indulgendum est
damnosis dilationibus l. cum res l. domus s. in
pecunia. ff. de lega. 1. l. si pecuniam. ff. de leg. 2.
Quid ergo fiet? Ex bono & aequo magistratus
negotium perpendet: utrum de tota heredita-
te executione, an de una aliqua vel altera re
tradenda tractetur, per pensis personarum &
bonorum circumstantijs.

5 Magistratum t autem intellige ciuilem, vel
ecclesiasticum. Nam Panormitanus recte no-
rat, mixti esse huinsmodi iurisdictione fori: ut
etiam iudex ciuilis ad executionem piarum
causarum possit impartiri officium suum in c.
si heredes. detesta. per s. si quis adificationem.
Nouell. de eccl. tit. Est ergo locus praeventioni.

Ter-